



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 3. Qualis confessarius eligendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

tem mirè laudabat. Utroque defuncto uxor Domini, dum sola in Capella orat, videt hominem formâ ignitâ & terribili, qui portabat alium dorsò suò similis formæ. Cui timentis maritus: nē timeas; ego sum maritus tuus; & bajulus meus est Confessarius meus: qui, sicut viventem supportavit in culpa, ita mortuum portat in pœna. Summa Prædic. Confess. mollis.

§. III.

Qualis Confessarius eligendus?

Nē suspicias te omni homini pro peccato. Eccli. 4. 31. Lyr. delectus habendus in Confessione; nec cuius Confessario aperienda peccata: multi enim stipites veniuntur, quibus dici posset illud Os. 4. 12. *populus meus in ligno suo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei.* Medicum quæris in morbo peritum; pro anima vis hebetem: qui, sit Medici imperiti cœmeterium implent corporibus, ita rudes Confessarii Infernum animabus. P. Octavian in Eccl. c. 4. hic.

§. IV.

Confessarius plebejos non abhorreat.

Pondus super se rollet, qui honestiori se communicat. Eccli. 13. 2. Multi ambiunt aulas Magnatum, ut eorum familiaritate honorati sint, & dignitates, & lucra capiant. Verum Siracides hic sapienter idipsum dissuadet. Ubi enim sunt impares, superior vult Dominari inferiori; illique multa imperat, quæ inferior præ metu, & pudore, recusare non audet: quare potius servus est, quam ami-

cus. Experiuntur & illud pondus Confessarii magnatum, & divitum; qui, præter molestias illis obsequendi, non raro conscientias suas, æquæ ac Pœnitentium, periculo æternæ salutis exponunt: dum vel ex metu displicendi, aut placendi, non audent eos monere; sed dissimulant non dissimulanda; laxant non laxanda. Quantò feliciores sunt Confessarii pauperum, qui eos libere monent, facileque ad omnem sanctitatem promovent. Hi domini sunt, illi servi. Corn. hic.

Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3. 10. Una securis, & idem ro- gus, cuius plantæ sterili; æquæ palma, ac ficus; cerasus, ac malus Punica, Ejectus est Judas, licet Apostolus; Saul, licet princeps; fugatus Cain agricola; damnatus ad greges Nabuchodonosor. Quos ergo Deus conjunxit, homo non separet. Utinam ea recurre- rent sæcula, quando reginæ (3. Reg. 14. 2.) induebant personam ancillarum! A Jerobam ad Ahiam missa est uxor personata amictu plebej. Timuit, nē regina rejiceretur; spera- vit ancillæ simulatione Dominam admittendam; Caveant Ecclesiarum Ahia, ne rejectis ancillis, for- minis Consularibus ancillentur. Oliva l. 11. Strom. §. traxit rete &c.

Collocet se Confessor in arcē, seu speculā ra- tionis, abstrahens semetipsum; quantum po- tuerit, ab hominē exteriori; tam in se; quam in aliis; ut spiritu ambulet, & non carne: nē forte, illectus formis corporum; fiat sibi ipsi laqueus perditionis: totus in animarum perpi- cienda qualitate spiritualiter invigilet; non at- tendens distinctionem sexuum, vel formarum: Joan. Gerson tr. de arte aud. Confess.

TITULUS XXVI. CONFESSIO SACRAMEN- TALIS.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Aperiens Noë fenestram &c. Gen. 8. 6. Sic peccator aperiens fenestrā cordis, id est, oris, columbinam gementem, simplicem, & sine fūco, confessionem emittit. Illa verò ramum olive portat, id est, veniam, & pa- cem. Barrad. D. 3. Quadr. t. 2. l. 8. c. 19.

Facies labrum aeneum. Ex. 30. 18. Quod potest exponi de pœnitentia; quæ dicitur mare, pro amaritudine contritionis; labium pro confes- sione. Dicitur etiam aeneum pro constantia, & fortitudine, in labore satisfactionis. Illud labium ponitur inter tabernaculum, & altare. Altare est Ecclesia militans, in qua nos debemus offer- re Deo prius lotos per pœnitentiam, Rom. 12.

1. obsecro vos &c. Tabernaculum est vita æ- terna, sive coelestis patria; quod nequaquam transferri poterit, ut dicitur II. 33. 20. Qui ergo à militante Ecclesia volunt ire ad triumphan- tem; oportet, quod per mediam transcant pœ- nitentiam: hæc enim est via. Aqua ponitur in labio, quando pœnitentia fit cum lacrymis, vel cum gratia. &c. Hugo Card. in Joan. c. 5.

Pherezaus. Ex. 23. 23. interpretatur divi- sus; & significat peccata mortalia, per quæ ani- ma dividitur à Deo. Hæc tradidit Dominus in manus Judæ: quia virtute Confessionis tam ve- nialia, quam mortalia dimittuntur. Hugo Card. in Judic. c. 1.

Sexcentos viros vomere. Judic. 3. 31. Glossa: vomer est Confessio: quia, sicut vo- mere aperitur, & scinditur, terra, ut semen reci- piam; & fructificet; sic Confessione rescinditur

terra